

## PYRAMUS ET THISBE

ex Ovidiī librō quārtō Metamorphōseōn

Fēlīcem diem Sāncī Valentīni! Ecce fābula dē miserīs Pȳramō et Thisbē, quī maximō amōre affectī sunt, etiamsī patrēs eōs loquī prohibuērunt. Sī scīre velītis, quōmodo amor aeternus mortem pallidam vīcerit, legātis fragmentum ex Ovidiī librō quārtō Metamorphōseōn Ovidiī (Ov. M. IV. 55-166) exceptum.

Pȳramus et Thisbē, iuvenum pulcherrimus alter,  
altera, quās Oriēns habuit, praelāta puellīs,  
contiguās tenuēre domōs, ubi dīcitur altam  
coctilibus mūrīs cīnxisse Semīramis urbem.  
nōtitiam prīmōsque gradūs vīcīnia fēcit,  
tempore crēvit amor; taedae quoque iūre coīssent,  
sed vetuēre patrēs: quod nōn potuēre vetāre,  
ex aequō captīs ārdēbant mentibus ambō.  
cōnscius omnis abest; nūtū signīsque loquuntur,  
quōque magis tegitur, tēctus magis aestuat ignis.

Thisbē, ēs f



alter ... altera = Pȳramus et Thisbē

praelāta < prae-ferre + dat = optima


contiguus, a, um = propinquus, vīcīnus  
tenuēre = tenuērunt

Semīramis fuit uxor rēgis Assyriōrum et eō mortuō ipsa imperium Assyricum accēpit  
coctilibus < coquere  
nōtitia, ae f< nōtus  
vīcīnia, ae f< vīcīnus



taeda, ae f = mātrimōnium, nūptiae  
taedae coīssent = coniugēs factī essent  
vetuēre = prohibuērunt  
potuēre = potuērunt

ex aequō = aequē  
ārdēre ārsisse ārsūrus = ūrī (animō)  
ambo, ae, ū = duo simul (et ūnus et alter), uterque  
cōnscius, ī m = sciēns, testis  
conscius omnis abest = nōn erat, quī sciat



quōque = et quō  
tegere tēxisse tēctum = operīre  
aestuat = ārdet  
magis ... magis = quō magis ... eō magis

fissus erat tenuī rīmā, quam dūixerat ōlim,  
cum fieret, pariēs domūi commūnis utrīque.

id vitium nūllī per saecula longa notātum —

quid nōn sentit amor? — prīmī vīdistis amantēs  
et vōcis fēcistis iter, tūtaeque per illud

murmure blanditiae minimō trānsīre solēbant.

saepe, ubi cōstiterant hinc Thisbē, Pȳramus illinc,


findere fidisse fissum = frangere  
pariēs, etis *m* = mūrus  
pariēs domūi utrīque tenuī rīmā fissus era  
rīmā, quam pariēs dūixerat, cum pariēs aedificārētur



vitium, ī *n* ↔ virtūs  
nūllī = ā nūllō  
notāre = dīligenter animadvertere  
prīmī vīdistis amantēs = vōs, amantēs, prīmī  
vīdistis

illud = iter

murmur, uris *n* = vōx quae vix audītur  
blanditia, ae *f* < blandus = dulcis, laudans



inque vicēs fuerat captātus anhēlitus ūris,  
«invide» dīcēbant «pariēs, quid amantibus obstās?  
quantum erat, ut sinerēs tōtō nōs corpore iungī  
aut, hoc sī nimium est, vel ad ūscula danda paterēs?

nec sumus ingrātī: tibi nōs dēbēre fatēmur,  
quod datus est verbīs ad amīcās trānsitus aurīs».

hinc Thisbē, Pȳramus illinc

inque vicēs = et in vicēs  
in vicēs = ultrā  
anhēlitus, ūs *m* = spīritus (<spīrāre)  
fuerat captātus anhēlitus ūris = spīritus eōrum  
captārī posset, nam tam prope alter alterī fuit  
invīdus, a, um < invīdēre = inimīcus  
obstāre + dat = viam claudere, prohibēre  
quantum erat = quam magnum erat

ingrātus, a, um ↔ grātus

amīcus, a, um  
trānsitus, ūs *m* < trānsīre  
aurīs = aurēs (*acc*)

tālia dīversā nēquīquam sēde locūtī  
 sub noctem dīxēre «valē» partīque dedēre  
 ōscula quisque suaē nōn pervenientia contrā.  
 postera nocturnōs Aurōra remōverat ignēs,

sōlque pruīnōsās radiīs siccāverat herbās:




ad solitum coiēre locum. tum murmure parvō  
 multa prius questī statuunt, ut nocte silentī  
 fallere cūstōdēs foribusque excēdere temptent,  
 cumque domō exierint, urbīs quoque tēcta relinquant,  
 nēve sit errandum lātō spatiātibus arvō,  
 conveniant ad busta Ninī lateantque sub umbrā  
 arboris: arbor ibi niveīs ūberrima pōmīs,  
 ardua mōrus, erat, gelidō contermina fontī.

mōrus, īf



nēquīquam = frūstrā  
 dīversā sēde = in variīs locīs  
 dīxēre = dīxērunt      dedēre = dedērunt  
 quisque dīxēre ... dedēre = quisque dīxit ... dēdit  
 partī parietis suaē  
 contrā = ultrā

nocturnus, a, um < nox  
 Aurōra = prīma lūx, oriēns




herbae pruīnōsae (< pruīna = nix)

solēre solitum

questus, a, um < querī  
 statuere = constituere  
 cūstōs, ūdis m < cūstōdīre  
 ex-cēdere = exīre  
 temptāre = cōnārī

spatiārī -ātum = ambulāre  
 arvum, ī n = ager

būstum, ī n = sepulcrum, locus, ubi hominēs  
 mortuī servantur  
 Ninus est marītus Semīramidis  
 ūber, eris = fertilis



pōmum, ī n  
 arduus = altus  
 conterminus, a, um + dat = quī prope est  
 gelidus, a, um = frīgidus  
 fōns, fontis m = aquā ē terrā ērumpēns

pacta placent; et lūx, tardē discēdere vīsa,  
praecipitātur aquīs, et aquīs nox exit ab īsdem.

pactum, ī *n* = cōnsilium  
praecipitāre = prōcere  
aquīs = in aquās  
lūx praecipitātur aquīs



Callida per tenebrās versātō cardine Thisbē  
ēgreditur fallitque suōs adopertaque vultum  
pervenit ad tumulum dictāque sub arbore sēdit.

callidus, a, um = prūdēns  
suōs cūstōdēs  
ad-operīre -operuisse -opertum  
adoperta vultum (*acc. graecus*) = vultū opertō,  
vultus opertus est  
tumulus, ī *m* = collis parvus, būstum

audācem faciēbat amor. venit ecce recentī  
caede leaena boum spūmantīs oblita rictūs  
dēpositūra sitim vīcīnī fōntis in undā;  
quam procul ad lūnae radiōs Babylōnia Thisbē  
vīdit et obscūrum timidō pede fūgit in antrum,  
dumque fūgit, tergō vēlāmina lāpsa relīquit.

recēns, entis = novus  
caedēs = sanguis  
boum = bovum  
spūmāre < spūma  
ob-linere, lēvisse, litum = operīre  
rictus, ūs *m* = os bestiae  
leaena oblita spūmantīs rictūs (*acc. graecus*) =  
leaena oblita spūmantī rictū  
dē-ponere = fīnem afferre  
unda, ae *f* = aqua  
quam = leaenam  
Babylōnius, a, um



antrum

ut lea saeva sitim multā compēscuit undā,  
dum redit in silvās, inventōs forte sine ipsā  
ōre cruentātō tenuēs laniāvit amictūs.  
sērius ēgressus vestīgia vīdit in altō  
pulvere certa ferae tōtōque expalluit ōre  
Pȳramus; ut vērō vestem quoque sanguine tīnctam

vēlāmen, inis *n* = vestīmentum  
lea, ae *f* = leaena  
compēscere compēscuisse = dēponere  
unda, ae *f* = aqua

sine ipsā = sine Thisbē  
inventōs *tenuēs amictūs*  
cruentāre < cruor  
laniāre -āvī -ātum = scindere  
amictus, ūs *m* = vēlāmen, vestis  
sērus, a, um = tardus  
Pȳramus ēgressus

pulvis, eris *m*  
ōs, ūris *n* = vultus  
certa vestīgia  
expallēsco -palluisse = pallēre incipere  
tingere tīnxisse tīnctum = ūmidum facere



repperit, «ūna duōs» inquit «nox perdet amantēs,

ē quibus illa fuit longā dignissima vītā;

nostra nocēns anima est. ego tē, miseranda, perēmī,

in loca plēna metūs quī iussī nocte venīrēs

nec prior hūc vēnī. nostrum dīvellite corpus

et scelerāta ferō cōnsūmite vīscera morsū,

ō quīcumque sub hāc habitātis rūpe leōnēs!

sed timidī est optāre necem». vēlāmina Thisbēs

tollit et ad pactae sēcum fert arboris umbram,

utque dedit nōtae lacrimās, dedit ōscula vestī,

«accipe nunc» inquit «nostrī quoque sanguinis

haustūs!»

quōque erat accīnctus, dēmīsit in īlia ferrum,

nec mora, ferventī moriēns ē vulnere trāxit.

ut iacuit resupīnus humō, cruor ēmicat altē,

illa = Thisbē

nostra = mea (anima Pȳramī)

nocēns = poenā dignus

miserandus, a, um < miser

perimere -ēmisce -ēmptum = perdere

ego quī iussī ... venī

venīrēs = ut tū venīrēs

dī-vellere -vellisse -vulsum = rumpere, scindere

scelerātus, a, um < scelus

cōn-sūmere = ēdere

morsus, ūs m < mordēre

quīcumque, quaecumque, quodcumque =

quisquis

rūpēs, is f = saxum

rēs timidī est optāre (*gen. characteristicus*)

pactus, a, um = statūtus, prōmissus

nōtae vestī

haustus, ūs m < haurīre

quōque = et quō

ac-cingere -cīnxisse -cīncum < cingere

īle, is (*pl. īlia*) = venter, viscera

ferrum, ī n = gladius

fervere = ārdēre

ē vulnere ferventī = sanguis ē vulnere effluit

re-supīnus, a, um


humō = humī



cruor ēmicat altē

nōn aliter quam cum vitiātō fistula plumbō  
 scinditur et tenuī strīdente forāmine longās  
 ēiaculātur aquās atque ictibus āera rumpit.  
 arboreī fētūs adspergine caedis in ātrām  
 vertuntur faciem, madefactaque sanguine rādīx  
 purpureō tinguit pendentia mora colōre.  
 Ecce metū nōndum positō, nē fallat amantem,  
 illa redit iuvenemque oculīs animōque requīrit,  
 quantaque vītarīt nārrāre perīcula gestit;  
 utque locum et vīsā cognōscit in arbore fōrmam,  
 sīc facit incertam pōmī color: haeret, an haec sit.  
 dum dubitat, tremebunda videt pulsāre cruentum  
 membra sōlum, retrōque pedem tulit, ōraque buxō  
 pallidiōra gerēns exhorruit aequoris īstar,  
 quod tremit, exiguā cum summum stringitur aurā.  
 sed postquam remorāta suōs cognōvit amōrēs,  
 percutit indignōs clārō plangōre lacertōs

vitiāre -āvī -ātum < vitium  
 plumbum, ī n = metallum  
 ex quō fistulae efficiuntur  
 forāmen  
 stridere = strepitum facere




ē-iaculārī -ātum = ēiicere  
 ictus, ūs m < īcere = percutere  
 arboreus, a, um < arbor  
 fētus, ūs m = pōma  
 aspergo, inis f < aspergere  
 arboreī fētūs in ātrām vertuntur facien  
 madefacere -fēcī -factum = tingere



rādīx, īcis f



purpureus, a, um = ruber  
 mōrum, ī n = frūctus mōrī



mora pendentia = mora in arbore fīxa  
 illa = Thisbē  
 vītarīt = vītāverit  
 gestīre = cupere

vīsā cognōscit in arbore fōrmam = cognōscit  
 fōrmam arboris vīsae  
 eam incertam  
 haerēre = dubitāre, nescīre  
 haec arbor  
 tremebundus, a, um < tremere

retrō = eō unde vēnerat  
 buxus, ī f = genus arboris

ex-horrēscere, horruisse = timōre affīcī  
 aequor, oris n = mare  
 īstar + gen = quasi; aequoris īstar = quasi aequor  
 summum aequor  
 aura, ae f = ventus levis  
 stringere = vēlōciter tangere  
 re-morārī -ātum = manēre  
 suōs amōrēs = suum amōrem  
 indignōs lacertōs = lacerti nōn dignī sunt plangōre  
 plangor, ūris m = strepitus, clāmor

et laniāta comās amplexaque corpus amātum

amplectī -plexum = complectī

vulnera supplēvit lacrimīs flētumque cruōrī

supplēre -plēvisse -plētum= implēre  
flētus, ūs *m* < flēre  
gelidīs in vultibus = in gelidō vultū

miscuit et gelidīs in vultibus ūscula fīgēns

«Pȳrame,» clāmāvit, «quis tē mihi cāsus adēmit?

Pȳrame, respondē! tua tē cārissima Thisbē

quis cāsus = quī cāsus  
ad-imere -ēmī -ēmptum + dat ↔ dāre

nōminat; exaudī vultūsque attolle iacentēs»

at-tollere = tollere  
attolle vultūs iacentēs = vultum iacentem

ad nōmen Thisbēs oculōs ā morte gravātōs

gravāre -āvisse -ātum < gravis

Pȳramus ērēxit vīsāque recondidit illā.

ērigere -rēxisse -rēctum = tollere  
recondere -didisse -ditum = claudere

Quae postquam vestemque suam cognōvit et ēnse

vacuum ēnse = sine ēnse

vīdit ebur vacuum, «tua tē manus» inquit «amorque

ebur, oris *n* = vāgīna

perdidit, īnfēlīx! est et mihi fortis in ūnum

mihi est fortis manus in hoc ūnum

hoc manus, est et amor: dabit hic in vulnera vīrēs.

hic amor

persequar extīnctum lētīque miserrima dīcar

in vulnera = ad vulnera

causa comesque tuī: quīque ā mē morte revellī

extīnctum = mortuum

heu sōlā poterās, poteris nec morte revellī.

lētum, ī *n* = mors

hoc tamen ambōrum verbīs ēstōte rogātī,

revellere = adimere

ō multum miserī meus illīusque parentēs,

quīque = et quī (et tū)

mors sōla tē ā mē revellere poterāt

ēstote ā mē rogātī = vōs rogō

ambōrum verbīs = verbīs Pȳramī et Thisbēs

meus pater illīusque pater

ut, quōs certus amor, quōs hōra novissima iūnxit,

conpōnī tumulō nōn invideātis eōdem;

at tū quae rāmīs arbor miserābile corpus

nunc tegis ūnīus, mox es tēctūra duōrum,

signa tenē caedīs pullōsque et lūctibus aptōs

semper habē fētūs, geminī monimenta cruōris».

dīxit et aptātō pectus mucrōne sub īnum

incubuit ferrō, quod adhūc ā caede tepēbat.

vōta tamen tetigēre deōs, tetigēre parentēs;

nam color in pōmō est, ubi permātūruit, āter,

quodque rogīs superest, ūnā requiēscit in urnā.'

ut nōn invideātis = nē invideātis

nōn invideātis = nōn negētis

compōnere = pōnere

conpōnī eōdem tumulō

miserābilis, e < miser



pullus, a, um = āter

fētūs pullōs

lūctus, ūs m = dolor

aptus, a, um + dat = conveniēns, dignus

monimentum (monumentum), ī n < monēre

aptāre -āvisse -ātum < aptus

mūcro, ūnis m = pars gladiī acūta

in-cumbere -cubuisse -cubitum + dat = sē pōnere  
tepēre, puisse = calidum esse

vōtum, ī n = voluntās

tetigēre = tetigērunt

permātūrēscere -mātūruisse = mātūrus fit

urna

quodque = et quod

rogus, ī m

in rogō corpora mortua ignī dantur

superesse + dat = restat

ūnā = simul

